

Dñica secūda post trinitā.

nantur nisi aliqui ad vnitatē ecclesie redierint
et se baptizari pmiserint. qz extra vnitatē ecclē
ste nullus saluat. Juxta illud d̄ sum. trini. et fi-
de catho. c. firmiter. **V**na est fidelii vniuersa-
lis ecclesia extra quā nullus omnino saluatur
Et recte sicut omnes qui nō erant in area per-
serūt. **H**ic oēs qui nō sunt in ecclesia sancta dā-
nabunt. Quid em̄ designat arca nisi ecclesiaz
catholica? qz sicut arca erat tantū vna vnū ha-
bens gubernatorem scz Noe. **S**ic sancta ecclē-
sia est tantū vna **C**añ. vñ. vna ē columba mea:
pfecta mea electa mea quā viderūt filie syon.
id est virtutes angelice et beatissimā p̄dicaue-
rūt. et h̄z vnū rectorē videlz xp̄m summū pon-
tificē vt ptz in extrauganti Bonifacij octauis
q̄ incipit. vnā sanctā ecclēsā. Ex iā dictis pat̄z
sicut tpe diluuij extra arcā nihil reseruabatur
ita extra ecclēsiā nulla est salus. ideo nullus
iudeor vel gentiliū saluaf. **O** si tot extra ecclē-
siā nō saluanf quot tunc d̄ christianis dam-
natur. Quot em̄ sunt christiani qui in vijs pre-
sentis delectationis ambulāt quos demones
finaliter ad cenā suā ire compellunt ut domus
dyabolica impleatur.

Ve eadem dñica. **S**ermo quartus.

I **V**ga bouzemī
quinqz et eo probare ea **L**uce. xiiij.
A contigit multotiens q̄ dñi terrenī
habentes p̄los et subditos necessitate compul-
si vendūt populos et terrā alijs dominis se di-
tioribus et hi sub suo dominio ad longū inter-
dum temp⁹ vñuf populo et terris quosqz suc-
cessor ditior venit et terras cū populo vēditas
a p̄decessore suo redemerit et sup populu resū-
pserit principatū. **H**ic ad l̄am factū est d̄ adā
quē cōstituit domin⁹ dñm sup omnem terram
cōmittendo ei bestiarū vo' atilium et piscium
maris dominatuz. cum dixit sibi et suis sequa-
cibus. **B**enef. s. **D**ominamini piscibus maris
et volatilibus celi et vniuersis animantibus q̄
sunt super terram et non solum fuisse domin⁹
creaturarum irrationabilium sed etiam homi-
num q̄di stetisset deo subiectus. ille autē nul-
la necessitate compulsus. sed libera voluntate
peccando vendidit nō solū populu sed se cum
populo dyabolo ere peccator̄ de quo pōt ex-
poni illud ps. xlisi. **V**endidisti populu tuū si-
ne p̄cio. qz peccatū nihil est fm Aug. sup Jo-
hannē. id dicit sine p̄cio. Et extūc primū dyab-
olus cepit h̄re potestate sup omne genus hu-
manū. Ideo dicit Ambrosi. de beata vita. Et
h̄r. xv. q. j. c. Nō est. Neminem iugo fuitutis
astrictū possidet nisi se ei prius ere p̄ctōz ven-
diderit. **S**ic qz p̄ longū r̄ps dyabolus tāqz di-
ues sibi populu ere p̄ctōz vēditū tenuit v̄lus
est et possedit vicz p̄ quinqz milia et ducentos

annos. quousqz venit christus diues in omnes
in cuius domo sunt diuitie et gloria. fm 10s.
cxj. Et redemit populū venditū de manu de-
montis effusione proprij sanguinis in sua mor-
te. **S**icut de hoc dicit magister. li. iiij. sententia
rū di. xix. in prin. **N**unc ergo queramus quo-
modo per mortē christi a dyabolo et a pena et
a peccato redempti sumus? **A** dyabolo ergo et
a pctō p̄ xp̄i mortē liberati sumus. quia vt ait
apostolus ad Roma. v. In sanguine ipius iu-
stificati sum⁹. et in eo q̄ sumus iustificati a pec-
cato soluti. et a dyabolo liberati. qui nos vin-
culis peccatorū tenebat. ito congrue possunt
esse hec verba p̄ themate allegata verba chri-
sti. **J**uga boum emi quinqz. vbi per quinqz iu-
ga boum intelligit vniuersitas hominū. eo q̄
fm beatum Aug. in quolibet homine duo et
duo sensus combinant. **N**am duo sunt oculi.
due aures et. **I**deo in p̄dictis verbis duo do-
minus iesus xp̄s insinuat. primo redemptōz
nostrā preciosam ibi **J**uga boum emi. scđo pro-
bationem suaz studiolam ibi. et eo probare ea.
Ve primo est sciendū q̄ rex vel princeps terre
nus habens dilectā sibi despontā et silla ab
alio rege reparetur et vt ita dicam violaretur.
rex qui violentiam in sua dilecta passus esset:
nec dumtaxat cōmoueref erga raptorem illū.
sed pl̄beratione ipsius se daret in mortem. et
pprium effundere sineret sanguinē. **S**icut p̄
bat **B**arefrigi in li. iiij. histo. troiane d̄ Pe-
nelao rege grecoruz. **C**ui paris filius Priami
regis troie. quodā tempe pgens p̄ gratiaz de
templo Veneris rapuit Helenā vxorem pul-
cherrimā. et postea tenuit eam adulterā ppter
qd **Q**ueuelans inuocato auxilio fratris sui q̄
dicebat. **A**trides cu3 machinis et alijs armis
bellicis troiā circūdedit. seqz vſqz ad mortē p̄
dilecta sua dedit et troiā cepit. eameqz cōbussit.
Et hanc historiā tangit Alexander in tertia p-
te. in his metris. **V**rit amor paridē nuptiā ra-
pit. armat attridē. **U**ltio pugnat. fit machi-
na. troia crematur. **S**piritualiter p̄ regē itelli-
gitur et significat deus omnipotens. **V**e quo
Esa. xxiiij. Regē in decorē suo videbunt. **F**i
Epoč. xix. Rex regū et dñs dñiantum. hic rex
et dñs dñiantū habuit sponsaz vicz animā hu-
manā quā dilexit ex ppetua charitate. **J**uria
illud **H**ie. xxxi. In charitate ppetua dilexit se
ideo attraxi te miserans tui. **S**ed venit dyab-
olus qui est rex sup omnes filios supbie Job
xlj. et rapuit sponsam xp̄i qñ ad. az p̄ peccatum
consensit. nā cū mulier seducta esset a dyabolo
et de pomo manducasset. dedit viro vt simili
ederet. et ille noluit eam contrastari. quam cre-
debat sine suo solatio tabescere. et a se alienata
omnino interire. comedit de pomo. vt diē ma-
gister. li. iiij. distin. xxij. **H**icqz dyabolus tenuit

Bermon

XXXIX

xpi dilectā quasi adulterā. ita vt christus dice
 ret sibi **Hiere.** iij. **Fornicata es cuiz multi ama**
 toribus tuis. tamen reuertere ad me et ego su/
 scipiā te. **Sz qz aia hois est spūs vadens liber**
 a deo & nō rediens. vīcē de p se ad ipm: vt dic
 ps. lxxvij. Ideo dī facit est hō & se pro dile
 cte sue liberatione vscz in mortē dedit sangu
 nē suū fudit. & dilectā suā redemit. & hoc dicit
 beatus Aug. in li. de bapti. & allegatur a magi
 stro li. iij. di. xix. **Nihil inquit inuenit dyabo**
 lus in xpō vt moreret. **Sed pro voluntate pa**
 tri rps mori voluit. nō hñs mortis causaz d
 peccato. **Sz d obedictia & iusticia mortē gusta**
 vit. p quam nos redimit de seruitute dyaboli
 Incideramus em in principem huius seculi q
 seduxit adam. et seruuz fecit. cepitoz nos qua
 si vernaculos possidere. **Sed venit redēptor**
 & victus est dēceptoz. Et quid fecit redēptor
 captiuatori nostro: tetendit ei muscipulā cru
 cem suam posuit sibi quasi escam. sanguinē su
 um fudit vt pctā nrā deleret. **Unde ergo dyab**
 olus tenuit nos deletuz est sanguine redem
 ptoris. Nō em tenebat nos nisi vinculis pctō
 rū nrōz. iste em erat cathedre captiuoz. **Vexit**
 ille. s. xpus alligauit forte. i. dyabolū vinculo
 passionis sue. intravit in domū ei. i. in corda
 eoz vbi habitabat & vasa eius. s. nos rapuit
 queille impleuerat amaritudine sua. i. peccati
 deus aut noster vasa ei eripiēs et sua faciens
 efudit amaritudinē et impleuit dulcedinez scz
 gratiarū p mortē suā a peccatis redimēs & ad
 optionē largiēs. hec ille. **Ecce qualis xps nos**
 emit omnes a dyabolo sanguine suo p̄cioso. &
 hoc pdixit ps. cxxix. **Ipsē redimit israel. glo.**
 vendituz pctō suo ex omnibz tribulationibus
 suis. qz. s. apud eum est copiosa redēptō. **Ibo**
 dirit beatus **Paulus.** i. Cor. vj. **Empti enīz**
 estis p̄cio magnō. glorificate & portate deū in
 cordibus vestris. **Et beatus Petrus.** i. Petri
 i. **Scientes quoniā nō corruptilibz** auro vel
 argento redempti estis de vana vestra cōuer
 satione paternē traditionis. sed precioso san
 guine agni immaculati iesu christi. **Sed dice**
 res. quare noluit nos aliter redimere nisi san
 guinis sui effusioē. **Ad hoc dī qn totū corpus**
 est infirmū vt tunc corpus sanē incidentur bra
 chium. qz. vt dicūt medici. in brachio fit minu
 tio sanguinis p totius sanitatis corporis. **Naz**
 in toto corpe humani generis non fuit ps aliq
 tota sana. iuxta illud ps. xxxvij. **Non est san**
 itas in carne mea. nisi in brachio. i. in xpō. & q
 Es. xxixij. **Esto brachiu nostrū in mane et sa**
 lus nrā in tpe tribulatōnis. **Iob** in isto brachio
 facta est minutio totius corporis incisa sanitatis.
Et sic ut brachiu qd debet minui debet prius
 calefieri. **Hic istud brachiu fuit per motū qui**
 dem certi itineris. xxxij. annorum in quo spa

tio legimus fatigatū. **Iohis.** iiiij. **Jesus fatiga**
 tus ex itinere sedebat supra fonte. **Der ignē**
 & calefactū qn imminentē tpe passionis cir
 cūdederūt eū iudei facibus et lucernis. & ligatū
 fuit brachium. sed in lanceatione fuit valde p
 funde p̄cissum in flagellatione. sed hūt vald
 malū potū in sua minutiōne. **Hic** em in ps
 lxvij. **Dederūt in escam meā fel.** & in siti mea
 potauerunt me aceto. datur etiam potus hoī
 minuto. vt sanguis fortiter exeat. **Gic** & chri
 sto datus fuit potus vt sanguis ei omnis exi
 ret vt nobis medela salutē foret. **Ideo di Au**
 gusti. **Effusus est sanguis medici et factus est**
 medicamentum frenetici. **Et ps. lxxvi.** **Rede**
 misti in brachio tuo populū tuū filios Jacob
 et Joseph. **Ebi** per Jacob intelligit iudeos.
 per Joseph gentiles electos qui ante conuer
 sionem velut boves arabant in terra cupidita
 tis quos redemit quo ad efficaciā. qz omis xpī
 ani vel fuerunt ex gentilibus vel ex iudeis. il
 los aut qui nō credunt redemit q̄tum ad suffi
 cientiam. **Ideo dicit Bern.** **Iuga boum emi**
 quinqz. **Cicum ad secūdū insinuat probatōez**
 suā studiosaz cū dicit. & eo pbare ea. **Circa qd**
 notandum q̄ quilibet electus pbatur a chri
 sto quadrupliciter. vt dicit Holtot sup librū
 Hap. c. xxxij. super illo verbo tanqz auruz in
 fornace pbauit electos suos dñs. **Hap.** iij. pb
 bat eos primo sicut pbatur clericus an pmo
 tionem. nam omnes clerici ordinandi sunt di
 ligenter examinandi cum ordinatori nō lz ma
 los ministros h̄e. extra de etate & quali. ordi
 Cum sit ars artiuz. **Et principaliter examinā**
 tur an sint digni vt habetur extra de scruti.
 in or. fa. ex pte tua. ait Innocentius tertius. **Cū**
 aliquem in dyaconū vel presbyterū promou
 emus prior dyaconorū. i. archidiaconus qui
 nobis assistit dicit. postulat sancta mater eccl
 sia. hunc dyaconū vel subdyaconum ad onus
 presbyteratus assumi et nobis interrogantibz
 siue cognoverit esse dignū. respondet q̄ q̄t
 um fragilitas humana nosse sinet & scit testifi
 catur illum ad huiusmodi onus officij esse di
 gnū. **Sed ad hanc dignitatē** vt dicit Ap̄lus
 j. Thimo. iij. requiritur q̄ clericus aut sacerdos
 sit irrephensibilis. sobrius. prudens. pudicus
 ornatus. hospitalis. non litigiosus. neqz cupi
 dus. **Spiritualiter** omnes sumus pmouēd
 ad ordines. qz omnes erimus in futuro sacer
 dotes. **Juxta illud Ap̄oca.** v. **Fecisti nos deo**
 nostro regnū. i. regni eius participes & sacer
 dotes. i. hostias laudis dō offerentes & regna
 bimus sup terram. i. in celo. sic exponit Lyra.
Et quia erimus ibi omnes sacerdotes. hostias
 laudis deo offerentes. idcirco pbat nos chri
 stus an sumus digni qz nullus indignus ibi ad
 mittetur. **Sed tunc quilibet erit dignus cum**

Dñica secūda post trinita.

fuerit irreprehensibilis vicz sine crimine. sobri-
prudens tē. t principalit̄ misericors t hospi-
tal̄. Nam xp̄s nos p̄monet de quib⁹ nos p-
bare vel examinare velit. **L**etagnus ei fauor
fieret clericō si possit premoneri de quo passu
vel qua materia deberet examinari q̄r tūc pos-
set sibi prouidere. iste fauor fit nobis. **O**rdies
em̄ generales fient in die iudicij qñ iuxta meri-
ta nostra ad ordines angeloz recipiemur pro-
spere. **E**t dicet in generali omnib⁹ illud. **i.** **D**e
tri. **ii.** **V**os estis genus electū. regale sacerdo-
tiū. pl̄s acquisitionis. gens sancta. **H**ed i spe-
ciali dicet vnicuiq̄ illud. **L**u es sacerdos me-
ternū fm̄ ordinē melchisedech. **E**t inō sumus
p̄moniti de quibus examinabimur t certe nō
d difficultib⁹. sed de cōmuni bus. **s.** de donato
t partib⁹ nr̄is. **i.** de opib⁹ nr̄is. sic p̄z **L**ath.
xxv. **E**surivi t dedistis mihi manducare tē. t
totū est de donato. **I**lli q̄ inueniunt nesciuisse
de donato deficiēt de ordinib⁹ et depellētur
sicut laici. t ponenf illuc vbi est vmbra morti
t nullus ordo Job. **x.** **Q**uādo dicef illis. **I**te
maledicti in ignē eternū. **H**ed boni t recti qui
bñ r̄uderunt de ordie securi erūt. **J**uxta illud
Lob. **iiij.** hochz p̄ certo omnis hō q̄ colit te. q̄r
vita ei⁹ si in pbatiōe fuerit coronabit̄. **E**t Ja-
cobi. **j.c.** **B**eatū vir q̄ suffert tēv. qz cū p̄. fuc-

ac.co.yite. **I**cō pbat xp̄s electos suos. **S**i-
cut pbañ nouicius an pbatōne t cōfessione
vñ tps nouiciar est tps pbatōis nře. licet em
nouici gerit interdū habitū pfessoris. tñ i vo-
luntate sua est p̄içere habitū infra tps pbatō
nis qñcunq sibi placuerit. et ideo nō h̄z habi-
tum inseparabiliter. **O**ralit habitus t ornat
anime ē grā. p̄ns vita est nouiciatus t tps pro-
bationis in quo diceſ nobis Rōm. xii. **R**eno-
uamini i nouitate sensus v̄i vt p̄betis que sit
voluntas dei bona. Izem in hoc tpe geramus
habitū pfessor. i. bonorū q̄ est gratia consum-
mata. tñ non sumus pfessi. **S**ed habitū possu-
mus p̄içere p̄ peccatū mortale qñ placet. **E**x
his iam dictis soluit questio qua querit. vtrū
charitas semel habita possit amitti. **E**t habet
q̄ sic. nam quibuscūq; modis charitas pfecta
sit. in hac vita p̄t amitti. **S**ed illa que habet
in patria est pfectissima q̄ cū semel fuerit habi-
ta amitti nō p̄t. vt d̄ pe. di. ii. **C**haritas ē. **E**st
tñ notandum q̄ nouicij interdū pbanc aut ex
aminant generalit de quinq. s. an sint seruilis
pditionis. an sint alterius pfessionis. an multi-
eri coniugati. an ratiocinij obligati. an occul-
tam habeant infirmitatē. **S**i vero aliquē isto-
rum habuerint defectū t sciatur. a pfessiōe p-
pellentur. **D**rīmo queritur an sit seruilis pdi-
tionis. quia nullus seruus siue priuati siue ec-
clesie ordinari deb̄z nisi prius manumittatur.
vt. liii. di. c. ii. t. iii. **E**t ratio est. quia fulia vi

itas atq; clericalis dignitas. vt. liij. dist. non
equiparant. extra de ser. nō or. de suorū. in fi-
ne. Et hoc intellige verum in omni genere ser-
uorū. sū sint ascripticū siue originarij. H̄z mo-
raliter significat p hoc q̄ deus pb̄t omes q̄s
assumit ad suā pfessionem an sit fūilis condi-
tionis. i. an sit totus datus mūdi fūitijs p di-
uitijs & honorib; consequēdis in hac vita. &
si sic. nō admittit eūz ad pfessionē. q̄r nemo p̄t
duobus dñis servire. Q̄dath. vj. Un̄ legit q̄
phs quidā noluit assurgere adueniente prici-
pe alij eū honorātibus & assurgētib;. Et rati-
onē reddidit. Fuit ēm fūo meo. q̄r ego cōtēno
mōd & mōd mihi fuit & ip̄e fuit ei. q̄r n̄ assur-
go. iste nō fuit fūilis cōditionis. & valdenobi-
lis. H̄cō querit a nouitio an sit alteri pfessio-
nis. q̄r di. san. Tho. ii. ii. q. vli. Trāsire dyna-
religione ad alia n̄ nisi pp̄ter magnā necessitatē
vel vtilitatē nō est laudabile. tum q̄r ex h̄ p̄le-
rum q̄ scandalizant illi q̄ reliquūtūr. tūz quia
etīa facilius pficit alijs in religiōe quā cōflic-
uit ceteris parib;. Un̄ in collatōne patruz ab-
bas Nestori di. Unicuiq; vtile est q̄ fūm pro-
positū quod elegit summo studio ac diligētia
ad operi inc̄pti p̄fectionē p̄ueire festinet. & ne
quaq; a sua quā sel̄ elegit pfessione discedat.
ideo req̄ritur nouicii an sit alteri pfessionis.
Sed i hoc moraliter denotat q̄ ille q̄ estradi-
catus & habituatus aliqua p̄suetudine viuen-
do i pctis ip̄e quasi alterius pfessionis teneat
sibi q̄ l̄ recipi possit a xp̄o. tū cum magna dif-
ficultate. Tertio req̄ritur an sit mulieri coniu-
gatus. q̄r vir cōtinentiā vouerenō p̄tinuita
vrox nec ecōuerso. Nam di. Aug. sup p̄. lx-
vj. Si dicat vir cōtinere iam volo. nolit autē
vrox. nō potest. Quid em tu v̄s illa nō vult.
nunqđ p̄ cōtinentiā tuam illa fieri d̄z fornicā-
ria. Si alij nupserit te v̄llo. adultera est. non
vult tali lucro deus tale dānnū recompensa-
ri. redde debitū. & si non exigis. redde p̄ sano-
tificatione p̄fecta tibi computabit deus. si non
qđ tibi debet̄ exigis. sed reddes qđ debes v̄
ori. H̄z moraliter intellige q̄ xp̄s pb̄t seu ex-
aminat omnem quē ad suā pfessionem recipit
an sit opib; carnis deditus. & si sic. cum non re-
cipit. q̄r talis nō puenit ad eū p̄fecta volūtate
q̄r Luc. xiiij. di. Vrox duxi & ideo nō possum
venire. Quarto querit a nouicio. an strati-
ocintijs obligatus q̄r obligati reipublice. n̄ sūt
in religiōes recipiendi. liij. di. c. j. Et si obliga-
ti sunt ad ratiocinia p̄uatorum honestum ēq̄
bus d̄ ratiocinijs se expediant &c. Moraliter
quilibet homo tenetur ad compotū & restitu-
tione. si fuerit v̄surarius & de pecunia v̄sura-
ria sit debitus. & nō vult restituere. xp̄s nō cu-
rat d̄ eo. q̄r ip̄e est ratiocinijs obligatus. Sed
qui v̄sura est restituēda. r̄ndet Hosti. generali

ter debet reddi ei a quo quis extorsit vel here
di ei? Et si non inueniret paupib⁹ est erogāda
extra vslur. cū tu. Qd si absens ē eo q̄ vslura
rlus transtulit se ad locū aliū. tenet ei mittēsu
is ppruis expensis. Qd si ille q̄ debeat recipere
ab vslurario vel hēs trastulit se alibi. tēmit
tit ei sumptib⁹ illi⁹ cui mittit. nisi expense exce
derent totā summā. tūc em dʒ paupib⁹ eroga
re. q. v. Anterior. ⁊ extra de iudeis. Cuz sit
rc. Si clericus simoniace intravit eccliam. oc
cupauit bona p amicos. ⁊ nō est parat⁹ resig
nare ⁊ restituere. Iste est obligat⁹ ad ratiocin
ia. ⁊ xps eū ad pffessionē donec p soluerit nō
pmittit. q̄ tenet renūciare bñficio ⁊ restituere
oēs fructus pceptos. ⁊ q̄ pcpipi potuisset. xiiij.
q. vi. Si res. de rest. spo. Brauis. nisi illos fu
cius expendisset in vtilitatē ecclesie. Ite si spo
liasset p augem p potentia vel falso iudiciuz
vel testimoniu phibitū cōtra eū. ⁊ nō fecissz re
stitutionē tūc ē obligat⁹ ad ratiocinia. ⁊ eū cri
stus ad suā pffessionē nō admittit. q̄ peccatuz
nō dimittit nisi restituaf ablatū. vt dicit regu
la iuris li. vj. Et de his oībus dic. p. cxxvij.
Declinantes aut̄ in obligatiōes adducet dñs
cū opatib⁹ iniqtatē. Quinto requirif si habe
at aliquā occulta infirmitatē. Hic ⁊ xps pbat
quēlibz ⁊ querit ab eo si cōmisit aliqd peccatū
vile. d quo nō est cōfessus ⁊ illud celat ⁊ occul
tat infirmitatē spiritualē ⁊ sic eū non admittit
nisi curef. idcirco omisis ⁊ exclusis istis impe
dimentis. vnlusqz cures pbabile nouiciuz
exhibere. ne a pffesiōe dei cōfusibiliter repro
bef. Juxta illud. ij. Thimo. ij. Hollcite cura
teipm pbabile exhibere deo opariū incōfusi
bile. recte tractado vbbū veritatis. Et qui fal
sus inventus fuerit faciet suā pffessionē finali
iudicio terminato. dicēs illd. Bef. xxvj. Dro
siteor hodie corā dño deo q̄ ingressus suz i ter
rā p̄ qua iurauit patrib⁹ nris. Tertio probat
deis hoies quos emit sanguine suo p̄cioso si
cut pbaf baccalari⁹ aī magistrationē. Iste ei
anteq̄ accipit magisteriū pbaf tribus modis
vici in legendo. oponēdo. ⁊ respōdēdo. habz
em̄ necesse legere cursorie aliqd vnu volumen
sue facultatis admin⁹. Hic ⁊ nos pmo debem⁹
legere aī pffessionē volumē pscienre. Stolid⁹
est scholaris ⁊ cleric⁹ q̄ nescit legere scripturā
suā ⁊ opus suū. Hic fatu⁹ cēsend⁹ est hō q̄ ne
scit in libro cōscientie sue legere scripturā pec
cator suoz ⁊ opus suū malū. ideo dicit aplus
ad Gal. vij. Opus autē suū vnlusqz pbet. et
sic in semetipō tantū habebit gloriā. Ecclō de
bemus oponere ⁊ arguere p iustā correctiōez
primoz ⁊ pncipaliſ ad platos ptinet ⁊ i casu
ad oēs. iuxta illud. Bathy. xvij. Si pecca
verit i te frater tu⁹. vade corripe eū inf te ⁊ ip
sum. sed cuilibz d̄ Bap. j. Probata vltis cor

ripit insipientes. Tertio debemus respōdē p
gratiarūactionē. iuxta illud. j. Thessal. v. In
oībus gratias agite ⁊ q̄ l̄ cōpleuerit dign⁹ est
gradu magistrali. exēplo Tob. qui in se fortit
⁊ deuote cōpleuit pctā sua cōfitendo. vxorem
corrīgēdo ⁊ deo p cecitatis flagello grās agē
do. Et ideo sibi dictū est q̄ acceptus eras deo
necessē fuit vt tēptatio pbaret te. Quarto p
bat xps redēptos sicut pbaf denari⁹ aī solu
tionē. qui alteri mutuat denariū diligenter aī
solutionē quātitatē pondus ⁊ imaginē pensat
Et si in aliquo loco defecerit nō est moneta re
galis nec recipienda. Moraliter quātitas est
equitas. pondus est charitas. imago est veri
tas. Equitas ad pximū. charitas ad deū. ve
ritas at ad seipm. vnlusqz a deo accipit de
nariū mutuo. i. animā rōnale habētē imaginē
regis. ⁊ in die mortis est tps solutiōis tūc op
tet denariū reddere ⁊ xpo offerre. Juxta illud
qd dicit angelis. Bathy. xxij. Afferte mihi de
nariū. Et certe nisi hec tria pdicia. s. cōtitatem
pond⁹ ⁊ imaginē in eo inuenierit. reprobat̄. iu
xta illud. Hiere. vj. Argentū reprobus vocate
eos q̄ dñs piecit eos. Si xpo illa habuerit di
cit xps illud. Gen. xluij. Decuniā quā dedisti
mihi habeo pbatā. Et tūc verificabit denro
denario illud. p. xj. Argentū igne. s. charita
tis examinatū. pbatu⁹ terre. i. terra nihil hñs
terrene cupiditatis. purgatū septuplū. i. a sep
tem peccatis capitalibus vitijs que sunt radic
es vniuersae iniquitatis. Tale argentū conce
dat nobis sancta trinitas. pater et filius et spi
ritus sanctus. Amen.

¶ Dñica tertia post trinitatis. Sermo. j.

Sobrii estote et
vigilate. Ita scribiſ. j. Pte. v. Di
cunt naturales. Orex est pscis a
deo magnus q̄ vix eū pñt eq. x. portare. ⁊ iste
pscis dilectas in vno qd̄ si multū bibit ex l̄ le
uescit. ideo prudētes pscatores qui hoc sciūt
cū ceperint ipm dant ei vinū bibere ⁊ sic intan
tum bibit q̄ inebriat̄ ⁊ a paucis deinceps ba
siulaf. Moraliter p pscis significant gener
liter hoies. Juxta illud. Bathy. xij. Simile ē
regnū celozlagene misse in mari. ⁊ ex omni ge
nere pscis greganti. vbi p mare intelligit p
sens seculū ppter multa picula. Sed p oia ge
nera pscis intelligit bonos ⁊ malos. dtuites
⁊ paupes. Sed tñ spūalr p bunc pscem q̄ di
citur Orex. ⁊ qui est magnus intelligunt bo
ni ⁊ magni hoies in virtutib⁹. qui adeo mag
ni et firmi sunt in suo bono pposito. q̄ mlti eq̄
id est dñones quoq̄ quilibz dicis fallax equ⁹
ad salutē. Em p. xxxij. non pñt eos falsis de
ceptionibus ducere ⁊ portare ad peccatū. Sz
cū biberint vinū ⁊ inebriati fuerint. adeo leues
¶